



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xij. De Officio Ordinarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

a extr. iniuncta. in fi. de elect. velint^a. Nemini autem alij quis pallium suū commo- det, personæ etenim hæere debet, eaq; defuncta simul sepulchro
b c. 1. tradi^b, nisi ad Ecclesiam transla- tus sit: tunc enim nouo pal- lio erit exornandus vetere om- misso^c. Nec prætermitten- dum est Pallij traditionem cri- minis obiectione non differri, nisi obijciens præmisso iuramē- to obiecta prober intra bime- stris temporis spacium à colla- tionis die^d.

c c. bonæ. 2. in fi. ubi gloss.

d extra. p. co. tit. in com.

DE TRANSLATIONE Episcopi,

TITVLVS XI.

Sciendum est Episcopū non semper in Ecclesia sibi credi- ta perpetuò manere: nā inci- dunt quādoq; tempora, quibus factu optimum videtur, Episco- pum à prisca Ecclesia ad alterā transferri, dum ad id, vel Eccle- siæ necessitas vrget, vel patens vtilitas hortari & impellere vi- detur^e. Verūm cū huiusmo- di casus contingit, caueat tamē Episcopus, ne sua sibi authori- tate hoc arroget: quod si facere ausus fuerit, neque ad hanc, cui inhiabat, Ecclesiam ei concede- tur accessus, neque ad veterem, quam alterius spe omiserit, re- migratio^f: quinimò nec ei pro- derit à Patriarcha hanc se tran- ferendi licentiam habuisse, &

e c. mutatio- nes. c. seq. 7. q. p. c. quan- to. exir. co.

f c. 3.

A Patriarcha ipse, qui sibi id iuris vendicare non erubuerit, suspē- detur ab Episcoporum confir- mandorum potestate s. V- g c. p. num enim Romanum Pontifi- cem hoc ius habere transferen- di Episcopi certum est^h, quod *b c. 2.* non minū in confirmatis dun- taxat Episcopis traducendis, li- cet nondum cōsecratis, locū ha- bet, cū licet cū his consuma- tum nondum sit matrimoni- um, contractum tamen esse, cer- tum sitⁱ, ideoque sine summi Pontificis venia id diuidi nefas est^k. Pontificis autem maxi- mi indultum, quo huiusmodi translationi annuit, angustè est interpretandum: quare si ad maiorē priore dignitatē tran- situm concesserit, non auxilia- bitur ad parem dignitatem mi- grare cupienti^l.

i c. 2. exir. co.

k d. c. 2.

l c. fut.

DE OFFICIO ordinarij,

TITVLVS XII.

Videamus nunc, quæ sint Prælatorum partes, & quæ potestas, & ordinariorum imprimis, id est, eorum (vt Ho- stiensis docuit) qui suo Iure, vel Principis beneficio iurisdic- tionem vniuersaliter exercere pos- sunt: cuiusmodi sunt legati A- postolici, Patriarche, Primates, Metropolitæ, Episcopi: item quivis collegiatæ Ecclesiæ præ-

præfectus, quamvis Episcopo inferior, eisque subditus: nam & is iurisdictionem in plebem suam habet, eiusque excommunicationem in subditos contortam etiam eius Episcopus feruare tenetur, nec potest eam auferre, nisi excommunicatus satisfecerit, & ipse Prælati admonitus de relaxatione ab Episcopo sit^a: gubernacula vero Episcopalia non nisi maioribus populis præsidere oportet, ne dignitas vilescat, & frequentioribus ciuitatibus^b.

Horum igitur ordinariorum qui Episcopali gradu sunt illustrati, officium & potestas erit, in suis diocesisbus adulteria, & scelera inquirere, vlcisci & iudicare, & cum opus fuerit, manum quoque secularem sibi auxiliarem adiscant^c. Itē hæc sunt iura Episcoporum præcipua, in Ecclesijs, & sacellis suæ diocesis, Canonicam obedientiam habere, ac institutionem & destinationem, cum Capituli tamen sui consilio^d, correctione, & reformationem, & censuram Ecclesiasticam, & iurisdictionem causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de iure spectantium, sacramentorum omnium, quæ ab Episcopo sunt accipienda, collationem, synodum, & synodatici, seu cathedralici nomine certam portionem, quartam decimationum, & mortuorum, visitandi etiam ius,

& visitationis nomine procuratorem moderatam, & charitatis subsidium^e, multaque alia^f, quorum omnium alia diocesanæ legis dicuntur, vt illa, à quibus monasteria de iure exempta esse constat, quæ Panormitanus Abbas recensuit^g: illa autem, quibus etiam monasteria adstricta sunt, ad iurisdictionis legem dicuntur pertinere^h: & sciendum est, quod quamvis hæc vtraque iura tam diocesanæ legis, quam iurisdictionis ad Episcopum spectent, inter se tamen præter supra dicta etiam ita differunt, vt sententia in altero iure lata alteri præiudicium non feratⁱ.

Cum Episcopus in tota sua diocesi iurisdictionem ordinariam habeat, dubium non est, quin in quolibet loco diocesis non exempto, possit per se, aut per alium pro tribunali sedere, causas fori Ecclesiasticas, si earum merita exposcant, capi iubere, & in carcerem detrudere, cæteraque ad eius officium spectantia exercere^k. Archiepiscopus vero, et si in omnes prouinciæ suæ suffraganeos iuris habeat dictionem, in suorum tamen suffraganeorum subditos potestatem non habet, quibusdam exceptis articulis^l. Sic & Patriarcha non potest de causis eorum

^a c. cum ab ecclesiasticis in p. gloss. ubi Ab. & Ab. r. 2. eo. ti. de offic. ordin.

^b c. p. de priuileg. & c. au diuimus. 3. q. 2.

^c c. p.

^d c. nouit. de his. quæ fi. à prælat.

^e c. conuenerunt.

^f c. luminoso. r. 8. q. 2. Ab. c. dilectus. col. 3.

^g Ab. d. c. dilectus.

^h c. p. 10. q. 2.

ⁱ d. c. dilectus. ubi Abb.

^k c. cum Episcopus. in 6.

^l c. pastoralis. in prin. ubi gloss.

cognoscere, qui Archiepiscopi sui, vel Episcopi sub ditione sint, nisi appellatione ad eum legitime interposita, aut consuetudinis, vel priuilegij alicuius iure^a.

a c. duo simul.

Si contingat varias linguas & ritibus nationes eiusdem tamen Christianae doctrinae cultores, eandem ciuitatem, vel diocesim incolere, Pontifices eorum locorum viros idoneos conquire debent, qui pro linguarum, & rituum varietate eis diuina officia celebrent, & sacramenta Ecclesiastica propinent, instruere eos verbo pariter & exemplo: & praeterea, si res videbitur postulare, vicarium sibi ad sociabunt Pontificijs apicibus decoratum, qui earum gentium linguas, & ritus probe calleat: quod tamen factum non idcirco ea diocesis biceps, sed vnus capituli erit dicenda^b: neque enim potest eadem Ecclesia duos Episcopos habere, nisi forte cum Episcopus aliquis substitutus est in locum alterius propter haereticis crimen remoti. nam si Episcopus hic, qui fuerat remotus, haereticis detestetur, & Episcopatu suo restituatur, diuidetur inter utrosque Episcopatus, alia uero magna ex causa^c.

b c. p. de parrochijs. ubi Abb.

Episcopi, qui se Pontificijs quibusdam muneribus obeundis non esse idoneos sentiunt: puta, verbo Dei ad populum ferendo, Ecclesijs inuisendis, rea-

Ab tibusque subditorum audiendis, & poenis condignis ob crimina inuendendis, idoneos viros sibi adsciscere debent, qui has partes eorum vice strenue obire possint, qui homines coadiutores, vel cooperatores appellantur, cuiusmodi virorum copia ut ne vnquam deesse possit, pro vsum Ecclesiae, multi his artibus & disciplinis optimis praediti in Ecclesijs instituendi sunt^d.

d c. inter cetera.

Cum sedes Episcopalis vacat, eius munerum partem subibit capitulum. nam & confirmabit electos, & oblatos sibi ab Ecclesiarum patronis instituet, alia que faciet, quae alibi referuntur^e. Non tamen potest liberè beneficia conferre^f. Sede autem vacante, nihil nouari contra eam potest, & ideo prius vnita illi Ecclesia dissociari non debet^g. Et iudicium contra Ecclesiam sede vacante carentem legitimo defensore institutum non tenet^h.

e c. cum olim. de maioribus obed. c. p. de instit.

f c. 2. extra. ne sede vacan.

g c. 2. de instit. in 6. Ab. d.

c. cum olim. c. p. ne sede vacan.

h c. si. ne sede vacan.

Generaliter sciendum est, ne minem esse in officio, quod pretendit, accipiendum, qui Apostolicos codicillos non ostendat, nisi & qui eos receperint, & ipsi recepti poenas Canonicas experiri velintⁱ.

i extra. in iuncta. de elect. in com.

DE OFFICIO legati,

TITVLVS XIII.

Vnc dicamus de officio Legati eius, qui cum Iurisdictione est: nam cum multa saepe